

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aliquot nomina propria Germanorum ad priscam etymologiam restituta

Luther, Martin

Helmstadii, 1663

Omnia nomina in "Win" sunt Germanica

[urn:nbn:de:bsz:31-67714](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-67714)

testas. Videtur fuisse antiquis nomen iudiciariæ potestatis, quæ exerceat iram in facinorosos, sicut nunc est iudex, qui tradit tortori puniendum. Nam quod hodie *Richten/Richter* dicitur, novum esse apparet, cum *Richten* propriè in bonum non in pœnam sonet, velut impedita & perplexa expedire & explicare. Estq; operatio propria intellectus, inde *recht/richtig*/ sicut lineam rectam, viam rectam, contra curvam, perplexam dicimus. *Richten* igitur *rectificare* est. Inde *Berichten* dicimus, hominem docere, informare, instruere, ex errore ducere. *Lieber bericht mich des/ze*. Est igitur *Grymvalt*/ iræ potestas. Et Itali *uu*, in o mutant, sono verborum capti.

Adoaldus Rex Longobardorum ab *Otto*, seu *Hatto*. *Hettwalt*/ patris potestas, vice patris, tutor, patronus. Et hodie causidicis in usu reliquum est, *Anwalt*/ patronus, quod an corrupte *n* pro *tt* scriptum & lectum sit, ut *Anwalt* pro *Hattwalt* nunc dicant, non satis scio.

Rodoaldus, Rex Longobardorum. Hoc vel à *Kat* (sicut supra *Rodolphus*) *Katwalt*/ consilii potestas, consulendi potestas, Consul, vel à *Ketten*/ id est, salvare, liberare. *Kotwalt*/ redemptor, liberator, creptor, sicut alius Rex *Rotharis* dicitur, qui absque dubio est *Ketter*/ id est, liberator, salvator.

Garibaldus *Berwalt*/ *Garwalt*/ hodie, *Volmacht*.

OMNIA NOMINA

In *Bin* sunt Germanica.

Victwin/ *Volgewin*/ Victor populorum, *Nicolaus*, *Nicodemus*.

Baldwin *Balduvvinus*, cito vincens, *Esaiæ* 8. cito prædare.

B 3

Albinus,

*Aluinus, Alguinus, Alcuuvinus, Alboinus, Aluwinn/Alge-
win/omnia vincens, Rex Longobardorum.*

*Andoinus, si Italico more n pro l. scriptum est, idem quod
Alboinus est. Illi enim scribunt, Bononia, cum dicunt Bolo-
gna. Alioqui erit Handwin/ id est, victrix manus, & in-
victa bello dextera.*

*Goswin videtur esse Huswin/ victor domorum, vitia-
ta H per G ut frequentissimè fit. Sed melius, Josquin/ quod
nomen insignis Musicus in Belgico celebre fecit. Est au-
tem Jostquin deminutivum, à Jost seu Justo. Sic enim illi
loquuntur blandiendo pueris, Justin/ id est justulus, justu-
lus. Nam quod Jost quidam dicunt, est crassities supe-
rioris Germaniæ, qui etiam Sanct Jost vocant idolum &
figmentum illud Anglicanum.*

OMNIA NOMINA

In Old sunt Germanica.

A*rnoldus, Germanice, Ernhold/ honestus, amans ho-
nestatis & virtutis. Sic hodie Cæsaris caduceator vo-
catur Herhold/ id est, Ernhold/ qui virtutem & ho-
nestarem quærat & seruet.*

*Leupold/ hoc proprie dici debet, Liebhold/ nomine com-
posito, sicut Rathülff/ &c. Quasi dicas Lieb und Hold/ ama-
bilis & dilectus, Erasmus, Amandus. Lieb enim est Amatus
vel Amabilis. Huld est gratia, qua diligo. Inde dicitur Hol-
der Dule/ id est, chara sponsa vel amica. Er ist mir nicht hold/
id est, non diligit me.*

*Diepolt. Hunc alii faciunt Theobaldum, alii Hippolytum.
Sed Theobaldus nihil valet, in ullâ linguâ. Estq; certo fig-
mentum. Si Hippolytus est, potest H. in D. mutatum esse,
& tum non est Germanicum, sed Græcum, qualia valde
multa*